plures cogitare nephãda. Jdeo dꝛ Eccl. ix.
Auerte faciē tuã a muliere cõpta τ ne respi
cias mulierē alienaʒ. ꝑpter spēm mulieris
multi perierūt. Sanct⁹ enĩ dauid q̄ oculos
iecit in mulierē τ fixit illicito appetitu deie⸗
ctus adulteriū τ homicidium cõmisit. Nisi
enĩ feminã incaute respexisset: in tantã car
nis tēptationē minime cecidisset. Si ergo
p incuriã oculoꝝ tant⁹vir cecidit nos q̄ lon
ge ab eius sanctitate distam⁹ tam mortale
p̄cipiciū sūmoope timere τ cauere debem⁹.
τ orare cū eodē dauid τ a dño petere. Auer
te oculos meos ne videãt vanitatē. Talis
visio est quasi fum⁹ ledēs oculos etiã inte⸗
riores. τ nõ tm̄ p fumū mulieris. i. pulchri⸗
tudinē que trãsit quasi fum⁹ hoĩes ledunt
oculis. sed etiã aurib⁹ per cantū τ v̄ba sua⸗
uia. Sicut enĩ syrene que sūt mõstra mari⸗
na virgineū vultū habētia nauigãtes can⸗
tu suo illiciūt. illectisq; soporē imittūt et so⸗
poratos interficiūt. Sic et mulier cãtu suo
hoiem attrahit et in pctō obdormire facit.
Et sic ipsuʒ spūaliter interficit. Jn quo fctō
vterq; culpabilis. mulier. qꝛ virum perimit
vir. qꝛ ad cant⁹ eius vt stult⁹accedit. ¶ Ter⸗
tio capit mulier hoĩeʒ p olfactū. Sicut enĩ
panthera. vt dicit phisiologus. Odoris sui
fragrãtia attrahit cetera aĩalia. que post φ
senserint suauitatis sue odoreʒ ipsaʒ comi⸗
tant etiã vsq; ad mortem. Sic τ plerūq; fa
tui quoꝝ coꝛ varijs odoribus delectat cur
rūt post odorē muliebriū vnguētoꝝ. Sed
audiãt mulieres talib⁹opam dãtes φ dñs
per Jsa. 3. c. cõminat. Pro eo φ eleuate sūt
filie syon. τ ambulauerūt extēto collo τ nu⸗
tibus oculoꝝ ibãt τ plaudebant τ ambula⸗
bãt τ pedib⁹suis cõposito gradu incedebãt
decaluabit dñs verticē filiarū syon et dñs
crinē earū nudabit. Jn die illa auferet dñs
ornamentū calciamentoꝝ et lunulas τ tor⸗
ques τ monilia τ armilas τ mitras τ discri⸗

minalia τ parichelidas τ murenulas τ olfa
ctoriola τ inaures τ anulos et gemmas in
fronte pendētes τ muratoria τ palliola τ lin
theamina τ acus et specula et syndones τ
vittas τ teristra τ erit p suaui odore fetor. τ
p zona funicul⁹. τ p crispāti crine caluiciū.
τ p fascia pectorali ciliciū. Iste est fumus
carnalis lasciuie. quo nūc hoīes capiunt et
deducūt ad fumū infernalem. Et ex tali fu
mo muliebri qñqꝫ capit homo etiā per ta-
ctum. etiā op⁹ nepharium ppetrādo: τ tūc in-
terficit hō miser: exēplo vnicornis. qui sicut
asserūt qui naturas scripserūt aīaliū hō mō
capit. Uirgo nāqꝫ puella decēter ornata in
silua ponit τ venienti synū aperit. ī q̊ ille oī fe
rocitate deposita caput ponit τ dormit quē
soporatū venatores capiūt τ occidūt. Sic
samson obdormiens in synu dalide oculos
pdidit ex q̊ tandē τ mortē incurrit. Judic.
xvi. Aspectus siquidem corporis aufert in-
terdū oculū rōnis. Noli igit attēdere falla-
cie mulieris. Prouerb. v. Et in oculis ei⁹ ca-
ptus nō eris. sicut ecōtra contigit holoferni
Judith. i. Cū eni intrasset añ faciem ei⁹ iu-
dith: captus est in eius oculis holofernes.
Basiliscus eni aues volātes interficit. Sic
τ mulieris aspect⁹: qñqꝫ viros celestes ad
yma voluptatis trahit. τ sic spūaliter inter-
ficit. Uidet quoqꝫ pbabile ꝙ cuz mulier vi-
rū libidinose respicit: tūc a corde mulieris
libidinosus fum⁹ egrediēs vsqꝫ ad oculos
veniens. de hinc radios visuales mulieris
inficit: qui sic infecti veniūt ad oculos viri.
τ sic infectio vsqꝫ ad cor viri trāsit: sicut a cor-
de mulieris pmo pcessit. Uñ sm pħm cuz
mulier mēstruata speculuz aspicit maculat
ipsuz. Sic mulier interdū ex libidine viruz
respiciēs inficit aīam. in qua tāꝙ in specu-
lo dei relucet imago. Caueam⁹ igit a tali fu
mo ne fumū inferni patiamur. qui sicut di-
ctum est: oēs sensus occupabit cū dolore et
afflictiōe inestimabili τ perpetuo. ¶ Tertio
ex tali fumo erit corporū denigratio. Cor-
pora eni dānatorū erūt nigerrima τ turpis-
sima. Jsa. xiij. Unusquisqꝫ ad proximū suū
stupebit. facies cōbuste vult⁹ eorum. Unde
sicut corpora electoꝝ erūt pulchra et clara.
Ita corpora dānatorū erūt turpia τ defor-
mia. Unde inquit Augu. in li. de natura bo
ni. Sicut ignis iste omnia lucida suo fumo
deturpat: sic ignis inferni corpa reproborū
denigrat et obscurat. Patet etiā exempluz
in igne qui cōiter dicit sancti Antonij qui

in p̄senti vita deturpat membra illius in
est. τ etiā in calore solis qui denigrat eth
pes. Sic fum⁹ inferni ex igne τ corporib⁹ d
natorū: tāꝙ ex cadauerib⁹ putridis ascē
dens denigrat oēs dānatos. Treñ. iiij. D
nigrata est sup carbones facies eoꝝ. Und
isti qui volunt repñtare demones faci
suas denigrāt. Tūc facies mulierū que d
nate erūt: quas ita mūdas tenuerūt: vt n
ī eis minima macula eēt: erūt turpissime τ
gerrime. Et sicut ī celo alia erit claritas ma
tyrū: alia ꝯfessorū: alia v̄ginū: alia eoꝝ q
matrimonio sancte vixerūt. Ita in infern
alia erit turpitudo damnatoꝝ scđm pctō
suorū maioritatē. Et ideo volūt aliq̄ doct
res dicere. ꝙ sicut in celo apparebunt al
signa meritorū: sic τ in inferno habebunt
corporib⁹ signa suorū demeritorū. Sicut
fure man⁹ ligant retro τ in homicida liga
ante ad designādū suū delictū. Qui ergo pl
ra pctā cōmiserūt plura signa: τ magis t
pia in corporib⁹ habebūt. Etiā illud mem
brū in quo homo plus peccauit maiorē p
nam habebit τ maiorē deformitatē. Si e
go etiā nil aliud esset in dānatis nisi tant
nigredo τ deformitas corporuz: ppter ho
abhorrere deberem⁹ pctā. ¶ Quarto ex ist
fumo erit inferni obscuratio. Sicut enim
demus ꝙ fum⁹ facit domū obscurā: ita il
maxim⁹ fum⁹ infernū faciet obscurū. Apo
xiiij. Fum⁹ tormentorū eorū in secula secu
lorū ascēdet. Quāta aūt pena sit esse in te
nebris ppetuis cū tanta afflictiōe sensuum
nullus posset exprimere. Quō ergo tātū f
mū sustinebūt qui modicā penitētiā sust
nere nō possūt. Job. xvi. Cū stillā sermoni
ei⁹ vix audiuim⁹ tonitruū magnitudīs ei
quis poterit sustinere. Stilla sermonis ei
est penitentiā agite: sed tonitruum erit. ite
maledicti. Ideo erubescāt pctōres τ dedu
cant in infernū per cōsideratiōnē penaru
muta fiant labia dolosa. i. ampli⁹ nō dicā
se nō posse facere penitētiā: sed eam virili
agant. vt penā eternā euadant. quia vt ai
Aug. Aut dñs punit aut homo. Math. iij.
Quis vos docuit fugere a ventura ira sci
licet fumi. de q̊ ps̄. xvij. Ascendit fum⁹ in
ira ei⁹. Et rñdet Jo. bap. Math. iij. Facite
dignos fruct⁹ pnīe. Alter. cōfūdant in infer-
nū oēs gētes q̄ obliuiscunt deuz.

Q q Uinta pena ē odor
fetidus τ multū horribilis. Ta

s odor erit ibi ex quattuor causis.
rimo ex cunctis mundi vilibus que ibi con gregabuntur.
Secundo ex sulphureis ignibus que itaque mi scebuntur.
ertio ex damnatis corporibus que ibidem torrebuntur.
uarto ex horridis demonibus qui perpe tuum damnabuntur.
¶ Primo igitur in inferno erit fetor horribi s ex cunctis mundi etc. Ubi notandum in li. de ritate theologie. quod ignis maximus precedet cie iudicis. iuxta illud ps. Ignis ante ipsum cedet. quia virtute divina non solum ignis qui in spera sua: sed etiam omnes ignes qui in ter et super terram sunt concurrent ad mundi flagrationem. Iste autem ignis habebit offi um quattuor ignium. s. ignis infernalis re obos puniendo. ignis purgatorii bonis a nialibus expurgando. ignis terrestris vege bilia et sensibilia consumendo et omnium hominum rpa incinerando. et ignis elementaris: ele enta subtiliando et ad innovationem dispo do. Per illum igitur ignem ita terre facies ex et quod figura huius mundi peribit. sicut et olim ctum fuit per diluvium. Et merito primum iudi um dei fuit per aquam contra ardorem luxurie que viguit. Ultimum vero iudicium erit per ignem tra tempore charitatis. que tunc quasi senescen mundo refrigescet. Istius ignis actio erit ccessiva. habebit enim inicium. medium. et finem rimo namque iudicis adventum preveniet. et quasi mul per illum ignem fiet purgatio iustorum et pu tio malorum. et incineratio corporum cum con mptione nascentium. quo facto statim erit re rrectio corporum cum adventu iudicis ad iu cium. et tunc inflammabitur totus mundus per circui m. Terminato vero iudicio tota caliditas us ignis exequetur sententiam iudicis. Involu t enim peccatores et trahet in infernum: et ita tet quod ignis ille adventum iudicis et precedet comitabitur et sequetur. Post predicta fiet undi innovatio: sed inter purgationem et innova nem multiplex est differentia. ¶ Primo quia rgatio erit penalium qualitatum detractio: innovatio erit pulchrioris forme inductio. Secundo quia purgatio est electorum ab impu tate quam habent ex commixtione ad puritatem utatio. sed innovatio est celorum a statu ve ri ad statum novum coniunctio. et hoc per cessa onem a motu. In celis enim propter impermixti nem nulla impuritas est: sed tamen imperfectio otus. Unde non erit purgatio per ignem: sed tamen cessatio a motu. Sic autem purgabuntur elemen ta quod prescindetur ab igne vis combustibilis ab aere obscuritas: ab aqua glacialis frigidi tas: a terra vero gravitas et opacitas. Hec ibi. Et. c. xv. dicitur. Terminato iudicio statim erit innovatio que non complebitur. quamdiu peccator est in mundo. i. quousque detrudatur in infernum Et in fine ca. ij. dicitur. In innovatione mundi quicquid est ignobile in mundo ad locum penarum confluet. et ibi horrorem carceris multipli cabit. Hec ibi. Considera si sint multa fetida et inhonesta in hoc mundo: ac ignobilia. et si posses sustinere fetorem unius canis putridi ad nares appositi per horam. Quomodo susti nere poterit damnatus fetores totius mundi in unum congregatos. Ratio huius potest esse. nam ad bonum statum cuiuslibet communitatis perti net habere locum ubi sordes proiciantur. Quo modo ergo esset bene ordinata civitas uni versi: nisi haberet huiusmodi locum in quo sor des eius proicerentur. Peccatores facti ut ster cus terre sunt huiusmodi sordes. ps. Ut lu tum platearum delebo eos. Et cum his etiam iu stum est alias sordes ad penam eorum proici que in hoc mundo aliquem fetorem pauperum infir morum eos propter deum visitando et confortando sustinere noluerunt. quibus dicitur a christo. ut habetur Math. xxv. Infirmus fui et non visita stis me: sed abusi sunt odoribus bonis multa peccata in eis committendo. ¶ Secundo oritur tantus fetor ex sulphureis ignibus etc. ps. Pluet super peccatores laqueos ignis sulphur. etc. In hoc quod dicit pluet abundantiam signat penarum. pluvia enim sine numero et mensura cadit. In hoc quod dicit laqueos signat quod de penis exire non poterunt. per ignem autem dominus acumen do loris innuit. Sed quia ignis ardentius fer net cum sulphure: ideo sulphur addit. Et quia sulphur sine igne non fetet: ideo sulphu ri ignem miscet. Quantus sit fetor sulphuris cum igne satis notum est his qui accendunt candelam cum stipulis sulphureis. Unde nec unius stipule fetorem valent sufferre. Quan tus igitur erit fetor sulphuris inferni: quando to tus ille ignis infernalis erit mixtus sulphure Cogitet qui poterit. De hoc sulphure dicitur Apoc. xix. Apprehensa est bestia et cum illa pseudo propheta qui fecit signa coram ipso quibus seduxit eos qui acceperunt characterem bestie et qui adorave runt imaginem eius vivi missi sunt hi duo in stagnum ignis ardentis sulphuris. et ceteri occisi sunt in gladio sedentis super equum qui pro cedit de ore ipsius et omnes aves saturate sunt

carnib⁹ eorũ. Glo. Apphensa est bestia.i.an
tichrist⁹ crudelis ⁊ bestialiter viuẽs. Unde
ps̄. Posita est pugna antixp̄i et exercit⁹ ei⁹
cõtra xp̄m. ⁊ hic ꝯsequẽter ponit̃ eius puni
tio ⁊ eoꝝ qui sibi adherebãt. Ideo dicit̃ ꝙ
apprehẽsa est.i.apprehendet̃ p̄teritũ ꝑ fu-
turo. ⁊ cum illa pseudo ꝓpheta.i. p̄dicato-
res antixp̄i qui fecit signa. ⁊ ponit̃ singula-
re ꝑ plurali. Et dicunt̃ hi duo viui missi in
infernũ.i.maiores q̃ sciẽter operant̃ malũ.
⁊ isti magis torquebũt̃ quasi mortui descen
dũt nesciẽtes legẽ. Luc.xij. Seru⁹ sciens vo
lũtatẽ dñi ⁊ non faciens vapulabit plagis
multis. Et Ro.ij. Qui sine lege peccauerũt
sine lege peribunt. Ipsi ergo dicũt̃ poni in
stagnum ignis ardẽtis. non q2 alij debeant
excipi ab hmõi pena. ʒ quia nõ tm̃ puniãt̃.
Dicit̃ ergo ꝙ mittãt̃ in stagnũ ⁊c̃. Stagnũ
dicit̃ qd̀ continet aquas imobiles. ⁊ hoc re
spondet stabilitati ⁊ perseuerãtie in culpa.
Itẽ pena inferni dicit̃ stagnum: q2 mergit
eos qui voluptatẽ hui⁹ mundi quasi aquaꝫ
bibebãt. Idẽ stagno qd̀ est ꝓfundũ intelli-
gitur pena rñdens culpe superbie. In igne
pena rñdens auaricie. In sulphure pena re
spõdẽs luxurie. Et ceteri.i.sequẽtes ãtixp̄i
seducti ꝑ predicationẽ pseudo ꝓphetaruꝫ.
Occisi sunt in scꝫ gladio dĩne sententie xp̄i
qui sedet sup equũ.i. sup hũanã naturã a s-
sumptã. q2 in die iudicij dabit sñiam diffini
tiuã. Ioh.v. Pater oẽ iudicium dedit filio.
Et oẽs aues.i.oẽs sc̄ti qui eleuabãt̃ a terra
pẽnis ꝟtutũ. Phil.iij. Cõuersatio nostra in
celis est. Saturate sũt.i.delectati sunt car-
nib⁹ eorũ.i.videndo penas inflictas ꝑ ope
carnali. In sulphure igit̃ significat̃ fetor car
nis ⁊ vindicta illi⁹ pc̄ti. Gen.xix. Pluit dñs
ignẽ ⁊ sulphur super sodomã ⁊ gomorram.
Tertio erit odor fetid⁹ ex dãnatis corpo-
ribus ⁊c̃. Nam illa corpa erũt fetida ⁊ imũ-
da. ita ꝙ quilibet ab alio nauseã ⁊ passionẽ
maximã recipiet. Uñ sicut cara putrida sup
carbones posita magnũ exalat fetorem. sic
corpora ista putrida etiam ex se ⁊ ex calore
ignis maximũ fetorẽ emittẽt. Cadauer enĩ
hoĩs emittit fetorẽ. ita vt a viuẽte hoĩe nõ
possit sustineri. Pensa igit̃ quõ sustinere po
terũt dãnati fetorẽ. nõ tm̃ vni⁹ sed q̃si infi-
nitorũ corporũ dãnatorũ. Isa.xxxiiij. De ca
daueribus eoꝝ ascendet fetor. Legim⁹ enĩ.ij.
Mach.ix. Qr anthiocus reuertẽs de perside
elatus in ira ꝯtra iudeam a deo punit⁹ est.
ita vt de corpe impij vermes scaturirẽt. odo
re etiaꝫ illius et fetore exercit⁹ grauaret̃
cũ nec ipse iam fetorẽ suum ferre posset.
ait. Iustũ est subditũ esse deo ⁊ mortale
nõ paria deo sentire. Et Ioh.xi. dicit ma
tha xp̄o. Dñe iam fetet quatriduan⁹ enĩ
Hoc dicit martha ne dñs fetore corpis f
tris sui grauaret̃. nesciẽs adhuc a xp̄o re
scitanduꝫ. Si ergo tant⁹ sit fetor hoĩs in
mi aut mortui: quãt⁹ erit fetor oĩuꝫ corpo
damnatoꝝ. Quarto erit ibi fetor ex hor
dis demonib⁹ ⁊c̃. Exẽplũ legim⁹ in bt̄i m
tini vita. Quadã die diabol⁹ in forma re
purpura ⁊ diademate ac aureis caligis
natus ore sereno letaqꝫ facie sibi apparu
Cũqꝫ ambo diu tacuissent. Agnosce inq
diabol⁹ martine quẽ colis: ego sum christ
Tũc ille doct⁹ spũ sancto. ait. dñs iesus x
nõ se purpuratũ ⁊ diademate renitẽtẽ v
turũ esse p̄dixit. Ego xp̄m nisi in eo ⁊ hab
tu et forma qua passus est crucis stigma
p̄sentẽ venisse nõ credã. ad hanc voceꝫ i
disparuit ⁊ totã cellaꝫ fetore repleuit. E
dendũ est aũt in inferno demones feteb
etiã ⁊ maximo fetore. cuꝫ ibi erũt perpet
inclusi. O fetor intollerabilis. O fetor ho
bilis tot fetorib⁹ aggregat⁹ si de te cogit
remus nũq̃ pc̄tã ꝑ quib⁹ dãnatis hoĩb⁹ i
fligeris: cõmitterem⁹. Attendamus igit̃
hãc maximã penã. Quid faciẽt delicati h
mines q̃ nõ possũt sustinere fetoreꝫ luti a
cuiuslibet alt̃i⁹ rei ʒ apponũt suis narib⁹ r
sas ⁊ cet̃a odorifera. Quõ ñ timẽt tãtũ fe
rẽ nõ vni⁹ diei ʒ ꝑpetue durationis. Dimiss
igit̃ pc̄tis operemur bonũ. Nã cõuertent̃
infernũ oẽs gentes q̃ obliuiscũt̃ deum. ⁊

Sexta pena est visi
demonũ terribilis. Et nõ solu
hec pena ipsis dãnatis fiet a d
monib⁹. imo in quattuor eos affligẽt. Na
Primo pauorem grandem prestabunt,
Secundo peccata improperabũt.
Tertio super eos percutient iugiter.
Quarto in vnum cõprimẽt eos fortiter.
¶ Primo igit̃ pauorẽ ⁊c̃. Sũt enĩ visu ho
ribiles. Uñ etiã naturalit̃ timem⁹ vidẽ h
rẽda ⁊ pauem⁹. Exẽplũ de hmõi pauore ⁊
more ex visione demonis. Habem⁹ in lib
de dono timoris. vbi legit̃ ꝙ q̃dã religios
de nocte ĩ dormitorio iacẽs incepit clamar
horribilit̃ ⁊ cũ ꝯuẽt⁹ surgẽs ꝯuenisset videbã
eũ fixis ocul' imobilit̃ respicẽ ad parietẽ ne
ad aliud rñdẽtẽ ʒ mirabilit̃ horrore ꝯcuss

In mane aūt req̄situs a pōre q̄d habuisset. ñdit φ vidisset diabolū. Inq̄sit⁹ autē cur⁹ orme esset. rñdit nō posse facile describere. Sed hoc dico φ si esset furn⁹ ardēs ex vna arte ꝛ figura illa ex alia. magis eligerē in rare furnū φ̄ videre figurā illā. Ideo dicit uidā senex in vitas patrū. Credo φ si q̄s ideret demones in ea forma q̄ visuri sunt os dānati nō posset viuere. hec ibi. Quar us igit̄ erit pauor ip̄is dānatis: non ex so ı visione vni⁹ demonis: ſ͛ tot quot sunt in ıferno. Sꝫ q̄reret quis. Nōne ex lōga mo a adınuicēꝫ talis pauor poterit cessare. dr̄ nō. q: oēs ille pene erūt ꝑpetue: ꝛ nō erit ıi pauor tm̄ ex visione demonū; ſ͛ etiā ex vi one alioꝝ dānatoꝝ ꝑpt̄ turpitudinē suoꝝ orpoꝝ. imo etiā dānati cū magno pauore ıpsos aspiciēt. sicut expimur φ aliq̄s hor t ꝛ pauet q̄nq̄ꝫ videre plagā si quā habꝫ orribilē. Prouerb. x. Pauor hijs q̄ opant̄ alū. Et. xxi. Pauor opantib⁹ iniquitatem Secūdo pctā impropabūt: ex impropati ne dānati multū cōfundēt̄. Uidem⁹ φ ex npropatione pctōꝝ hoīes ↄfundūt̄ ꝛ eru escūt si sint verecūdi. Sic demones ipro rabūt dānatis sua vicia dicētes. Iste est uctus adinuentionū vestraꝝ. Ista sūt sti endia laboꝝ vr̄oꝝ. Ecce quid nobiscū me uistis: cū vos tēptādo nobis cōsensistis su erbiēdo: luxuriādo: rapiēdo: cogitādo: lo uendo: opando: detrahendo: ludēdo: ridē o ꝛc̄. Eccl̄i. xviij. Stult⁹ acrit̄ impropabit t. x. Exigua dabit ꝛ multa improperabit. ā exigua fuit delectatio peccati in quā de ones nos p̄cipitāt: ſ͛ multa erit impropa o q: in eternū ꝛ vltra. Grego. Quos habui us intētores: in culpis habebim⁹ deriso es in penis vel tormentis. Et hoc valde mēdū cordi nobili. Exēplū de Dauid qui no orauit dicens. Ne irrideāt me inimici ei. Et iterūꝫ. Neq̄n dicat inimic⁹ me⁹ p̄ alui aduersus eū. Considera q̄ta pena sit oī in dolore exn̄ti impropare sua pctā ꝑ er que patit̄ ꝛ q̄ leuiter potuisset euitasse voluisset: vel paruo tp̄e ꝑ eis penitere et iam ↄsequi. Expimur etiā φ multi infir u pre dolore infirmitatꝫ nō possūt audire erba q̄cūq̄ꝫ. Cogita igit̄ si potes: φ̄ grauis na erit dānatis q̄ tam infirmi erunt audi improperia pctōꝝ suoꝝ. ꝛ hec pena cor̄det etractoribus cōtumeliosis. Uñ contume a ꝓprie est in verbo. Uñ Alexañ. de halis ōtumelia est pctm̄ ex impropio s̄monis

manifeste tendens in nocumentū ꝓximi ꝛ extēso noīe dr̄ etiā ī sc̄is eē. Uñ sup illō. Ro. i. Cōtumeliosos. i. supbos. dicit glo. Contu meliosi sūt qui dictis vel factis ↄtumelias ꝛ turpia inferūt. Uñ contumeliosus dr̄ ve lox ꝛ tumens in verbis iniurie. Est aūt cō tumelia maior si q̄s alicui dicat ei⁹ defectū corā multis in detrimētū honoris. Uñ si in tentio loquentis ad hoc ferat̄ vt p̄ verba q̄ ꝓfert honoreꝫ alteri⁹ auferat. hoc est pctm̄ mortale ꝛ meret̄ penam inferni. Math. v. Qui dixerit fratri suo fatue reus erit gehē ne ignis. Sꝫ detractio ē aliene fame p̄ occul ta verba denigratio quo vicio plicitat̄ fere totū gen⁹ hūanū. In quit glo. sup illō. Eccl̄i xxiij. Cūꝫ detractorib⁹ nō cōmiscearis. Si vero dicat̄ ex leuitate nec sit volūtas nocē di: nec aggrauet̄ ex circūstātijs est veniale Et multa sunt alia vicia v erboꝝ vt sunt su surronū. derisorū ꝛ male dicentiū quib⁹ cor rñdet hec pena φ̄uis etiā alia pctā imprope rent̄ ꝛ maxime improperabunt xp̄ianis q̄ susceperūt baptismū: alia sa cramēta ꝛ qui bus ostēsa est via salutis ꝛ noluerūt p̄ illaꝫ ambulare. Tertio sup eos pcutiēt iugiter Prouerb. xix. P arata sunt derisorib⁹ iudi cia ꝛ mallei p̄cutientes stultorum corpora. Uñ ī libro de ↄtēptu mūdi dr̄. Sunt ibi tor tores serpentibus horridiores. deformes: ni gri: ſ͛ non ad vbera pigri. Nunq̄ꝫ lassantur ſ͛ semp̄ ad ħ renouāt̄ ad mala feruentes sūt ad penasq̄ꝫ recētes: sp̄ tristati sp̄ ferire pati semp̄ inardescunt: nec cessant: nec req̄escūt O q̄ta dānatoꝝ pena qui sine pace ꝛ req̄e talia patient̄. Sciūt em̄ pueri q̄tū patiun tur ex verberib⁹ virgarū: ſ͛ magis paterēt̄ si grossis baculis cū manu fortissima pcute rentur. O deus q̄ta pena cū dānati valde sensibiles percutiūtur manibus fortissimis demonū absq̄ꝫ cessatione. de quibus Eccl̄i xxxix. Sūt sp̄us qui ad vindictā creati sunt ꝛ in furore suo cōfirmauerūt tormenta sua. in tp̄e cōsūmationis effundent virtuteꝫ ꝛ furorē ei⁹ qui fecit illos. Nō em̄ sunt dei fla gella quibus nos ī presenti pcutit: nisi ros in comparatōne ad flagella sempiterna q̄ bus quasi iratus per manus demonū semp̄ verberabit dānatos. Qō considerans pro pheta orat dicens. Domīe ne in furore tuo arguas me neq̄ꝫ in ira tua corripias me.

Quarto cōprimēt eos in vnū fortiter. de qua pena ꝛ precedenti dicitur Ecclesiastici xl. Ad hec mors oppressiones. fames et

contritio ⁊ flagella sup iniquos creata sunt hec oīa. Et de dānato dr̄ Job. xx. Uadēt ⁊ veniēt sup eū horribiles. i. demones q̄ horribiles erunt vt dictū est prius. Et de hijs oībus dicit Math. xviij. Iratus dn̄s ei⁹ tradidit eū tortoribus. i. demonibus. qui dicuntur tortores dānatoꝝ. Dicit em̄ Richardus ꝙ corpora dānatoꝝ erūt mutuo valde compressa. sicut dicit Dauid de ipis. Sicut oues in inferno positi sunt. oues em̄ fortit se cōprimūt in ouili in hieme ꝑpter frigus ⁊ in estate in vmbra ad fugiendū estū. Sic igit corpora dānatoꝝ erūt multū cōpressa. ⁊ hec compressio per demones fiet tanꝙ p executores diuine iusticie. Cogita igitur si esses sub maximo lapide siue morte q̄ta tibi pena. Corpora autē dānatoꝝ erūt grauissime ponderosa: ⁊ vnū sup aliud. Sic vt quidam dicunt: nō poterunt se mouere. Et ita videt dicere xp̄s de nō habente vestē nuptialē. Nā inquit de illo. Amice quomodo huc intrasti non habēs vestē ⁊c̄. At ille obmutuit. Tunc dixit rex ministris. ligatis pedibus eius ⁊ manibus mittite euꝫ ī tenebras exteriores. ibi erit fletus ⁊ stridor dentium Multi aūt vocati ⁊c̄. xxij. glo. Et si de vno dixi de multis est intelligendū. p hoc videtur innuere ꝙ ligabūt manib⁹ ⁊ pedibus ita vt non possint vti membris ad suā volūtatē sicut ligant frenetici ⁊ simul cōprimentur: sicut in torculari vue cōprimuntur. Et hec oīa euenient dānatis q̄ noluerīt obedire deo ⁊ eius mandata scire ⁊ custodire: nec per ꝯsequēs deū scire. Quia qui se dicit nosse deū ⁊ mandata ei⁹ nō custodit mendax est. vt dr̄. i. Joh. ij. Non igit sine causa dicit thema. Conuertant in infernū ⁊c̄.

S Eptima pena corporalis est fames crudeliter affligens. Et nō solū patientur imo nec de aliq̄ pane poterūt sibi ꝑuidē Pauperes erūt nec aliud poterūt habere. Recordabuntur preterite refectionis. Famē patientur perpetue afflictionis. Taliter igit punient dānati ꝙ de nulla re nec per se nec per aliū poterūt sibi ꝑuidere. Incarcerati qn̄dē in carcerib⁹ hui⁹ mūdi ⁊ si p seipos ꝑuidere sibi nō possunt. possūt tn̄ p amicos vt per vxorē filios cognatos aut alios amicos: aut etiā p hoīes mi̇̄ricordes qui elemosinas eis largiunt. ⁊ sic quādoq̄ bene reficiūt. ⁊ hoc est eis magna ꝯsolatio

Sed nō sic erit in inferno. quia nec deum nec aliquā creaturā ꝓpiciā habebunt: im nō erit creatura que non nitat creatoris i iuriā vindicare. Sapīe. v. Pugnabit ꝓ e orbis terraꝝ cōtra insensatos. Filios em̄ filias vxorē ⁊ cognatos quos tm̄ dilexerū sentient inimicos ꝓ pctīs q̄ ꝓ eis cōmis runt. Et filius litigabit ꝯtra patrē in infer no: qm̄ exēplo prīs vsurari⁹: vsurari⁹ fuit a tal aut talis vite vel ꝙ possedit hereditat male acquisitā ⁊ iō sit damnat⁹. Pat econ uerso maledicet filio dicens. Maledict hora in qua te genui. quia ꝓ te dānat⁹ su illicita acq̄rendo. Sic vxor maledicet vir ⁊ ecōtra: silr filia ad matrē ⁊ ecōtra. Mic vi. Filius cōtumeliā faciet patri ⁊ filia c surget aduersus matrē. ⁊ sic inimici homi domestici ei⁹: ⁊ sic de alijs qui subditos n correxerūt qui exēpla pcti dederūt vel qu cōsortes pctōꝝ fuerūt. Null⁹ igitur ibi er amicus s̄ oīs hō de⁹ ⁊ diabol⁹ inimic⁹. nu lus erit qui mīam habeat de ipis dānati imo letabit iustus cū viderit vindictā. m nus suas lauabit in sanguine pctōꝛis. vt d cit p̄s. Et sic igit nō erit spes alicui⁹ auxil nec a parte dei nec a parte proximi. Quā igitur fatuitas pro amore fatuo cuiuscūq alteri⁹ se velle damnare qui nō poterit sib succurrere: imo erit inimic⁹ si sit cū eo dan natus: vel gaudebit de sua dānatione si s saluatus. O q̄ta pena habere inimicos q prius tātū dilexit qui etiā si oīb⁹ bonis ab darent in nullo ei succurrere vellent. Tun erga tales cessabit oīs pietas ⁊ mīa. Ui dete ergo quomō debetis amare vxores f lios ⁊ filias aut alios quoscūq̄. Secund pauperes erūt ⁊c̄. imo nudi erunt sic ꝙ ne panniculis paruis cooperientur. Naum iij. Reuelabo pudenda tua in facie tua ⁊ o stendam gentibus nuditatem tuam. O d us quid facient tunc viri et mulieres qu modo timent turpia sua videri. q̄ta eēt v recundia vni honesto viro vel honeste mu lieri nudū vel nudā esse corā magna multi tudine populi. Certe maior verecundia e maior pena ⁊ confusio erit ipsis damnatis nudos esse ꝑpetuo corā tanta multitudine demonū ⁊ dānatis cū illis turpissimis cor poribus de quibus magis verecundabun q̄ si essent talia qualia sunt in hoc mundo. etiam cū oībus infirmitatibus presentis temporis. Ubi erūt camisie delicate capite gia ⁊ pepla mulierū ⁊ dn̄aꝝ. tunice dupli

eate τ foderate cū caudis amplis τ alia hu iusmodi vestimenta. Ubi lecti molles cum coopertorijs varijs. vbi puluinaria τ tapeta que pedibus sub sternūt τ parietib⁹ applicā tur. Tūc oīa talia per ignem conflagratōis qui precedet faciē iudicis vt dictū est pri⁹ erūt consumpta: imo etiam oīa castra pa lacia τ quecunq alia edificia. In hijs cogi tent qui istis tm̄ abutūtur vt ad infernū de scendant. vbi pecunie. vbi thesauri τ alia p̄ ciosa q̄ tātū dilexerūt vt pro eis acquiren dis sint damnati. O bone iesu vnde nobis tanta insania q tot expensis τ tanto labore mūdi gloriā querimus τ confusionē infer ni non curamus. Tertio recordabuntur p̄ terite refectionis τ maxime gulosi qui tan ta cura τ diligentia seruierūt corpori cū tā tis laboribus nocte τ die vacarūt comestio ni nō curātes de salute aīaꝝ suaꝝ. Hoc pec cato gule infiniti homines damnabunt. O q̄ta pena q̄ta cōfusio q p modica τ tam breui comestione sūt damnati. Sed vt ait Augu. in libro de cōflictu virtutū τ vicioꝝ ventus ingluuies dicit. Ad esum de⁹ oīa mundana cōdidit. qui saturari cibo respu it quid aliud q̄ q ꝯcesso muneri contradi cit. Parsimonia ciboꝝ respondet. vnū hoꝝ qd̄ dicis verū est. Ne em̄ hō fame moreret de⁹ oīa ad esum creauit: & ne mensuram comedendi excederet abstinētiā imposuit. nam inter cetera sua mala saturitate maxi me panis sodoma periit dn̄o attestante q̄ d hierl'm p ꝓphetam loquitur dicens Eze chielis xvi. Hec est iniq̄tas sororis tue so dome saturitas panis. Quaꝓpt̄ sicut egre litur ad medicinā sic ad sumendas dapes debet q̄s accedere. Neq̄q̄ valet in illis vo luptatē appetens sed necessitati succurrēs. Hinc incarnata ỽitas p euangeliū dic. Lu. xxi. Attēdite ne grauent corda vr̄a crapula Quo ɔtra de insatiabili iudeoꝝ voracitate dicit Apostol⁹ Thessa. iij. Multi ambulāt quos sepe dicebam vobis nunc aut vel flēs dico inimicos crucis xp̄i quoꝝ finis interi tus quoꝝ deus venter est. Et rursum. Esca venter τ venter escis. de⁹ autē τ hūc τ hos destruet. Ille aūt plene hoc viciū supat qui in sumendis dapibus nō solū parsimoniā tenet vt scʒ refectionē semp esuriens tem peret verū acuratiores τ suauiores epulas excepta corpis infirmitate τ hospitū susce ptione contemnit. hec Aug. Talibus igitur c deditis gule dicet qd̄ dictū est illi diui ti qui epulabatur quotidie splendide τ se pultus est in inferno. Luce. xvi. Recordare fili. quia re. b. in. v. tua τ lazarus sil'r mala nunc aūt hic cōsolat̄ tu vero cruciaris. Sic igitur cruciabuntur gulosi damnati. quib⁹ dicetur. Recordare quomodo excess⁹ mul tos τ multa peccata cōmisisti in prandijs τ cenis ꝓpter que damnatus es. Tunc male dicent hore τ tempori quib⁹ talia cōmise runt. Nolite igitur charissimi sic viuere sed date elemosinam pauperi vt vobis xp̄s di cat in die iudicij illud Math. xxv. Esuriui τ dedistis mihi manducare. Uenite be nedicti patris mei possidete paratum vo bis regnum a constitutione mundi. Quar to famē patientur τc̄. de quib⁹ dicitur Ysa. lxiiij. Et vos qui dereliquistis dn̄m τc̄. p eo q vocaui τ non respondistis locut⁹ sum τ non audistis τ facietis malum in oculis meis τ que nolui elegistis. propter hoc di cit dn̄s deus. Ecce serui mei comedent et vos esurietis. ecce serui mei letabuntur et vos cōfundemini. ecce serui mei laudabūt pre exultatione cordis τ vos clamabitis p̄ dolore cordis τ pre contritione spirit⁹ vlu labitis. damnati igitur pre magnitudine famis clamabunt. q̄ta pena sit fames pn̄t aliqualiter scire qui illam passi sunt. Incar cerati nāq p̄ magnitudine famis solent co medere brachia sua τ partes corporis. eti am i obsidionib⁹ plurimis homies comede runt canes. Sed quid dico canes homo: eti am matres ꝓprios filios. Nec oporteret q̄ ad hoc historias antiquoꝝ reuoluere. nā τ hijs annis. lxxxvij. vel circa etiā matres come derunt propos natos. O q̄ta fames vt sic naturalis amor pereat. Sed reuera fames quorumcunq viuentium nihil est ad illā famē inferni que perpetua erit. Cogitet igi tur hanc penam qui poterit. quia sicut dici tur de paradisi gaudijs. i. Choꝝ. ij. q ocul⁹ non vidit nec auris audiuit nec in cor ho minis ascendit que p̄para. deus. di. se. Ita de penis inferni dicendum est. Quid faci ent contemptores ecclesie qui modo nolūt ieiunare qui ibi perpetuo velint nolint ie iunabunt cū tanta fame incogitabili. Me lius esset hic ieiunare vel minorem famem pati: q̄ incurrere illam tam grādem famē que nunq̄ deficiet. Aduertamus igitur ad ista vt effugiamus tantas penas τ viuam⁹ cum temperantia nobis a deo indicta. nam dicitur in themate. Conuertantur τc̄.

Octaua pena corporalis est sitis similiť ɔfigēs. vbi Notandū φ circa mēbrū oris ī quo viget spāliter sitis licet et iā totū corp⁹ ꝛ maxime interiora afficiat ꝛ his penam ꝛ dolorē īmittat. Erūt tñ q̄ttuor spāles pene

Nā ei aqua pñtabitur que sitim extinguere non valebit.

Semper sic cruciabitur cupido bibēdi minime cessabit.

Sapor erit amarissimus in ore veraciter. Dolor dentium pessimus torq̄bit crudeliť.

Primo igitur aqua pñtabitur ꝛc. Ubi sciendū φ tor⁹ ille carcer erit plenus aqua ꝛ igne nec aqua extinguet ignem: nec ignis cōsumet aquā sicut fit in hoc mūdo. Erunt igiť ibi ignis ꝛ aqua simul. Sed q2 ignis inter elemēta est magis actiuus ꝛ citius nocet corpori: iō ad terrorē illarū penaꝝ in scriptura sacra in pluribus locis fit mentio de igne φ̄ de aqua. ꝛ iō sicut ignis ille non destruet corpus: ita ꝛ aqua illa nō extinguet sitim. O q̄ta pena habere tātam aquā que non possit sedare sitim. Sicut em̄ dormiētes ꝛ somniātes se habere sitim. ꝛ somniantes se bibere cū ex tali fantastico potu non extinguatur sitis: q̄ztū patiūtur in tali somnio. Sed si quis summe sitiat ī vigilia ꝛ habeat aquā ꝛ nō possit bibere: summe patiť. ß nihil est ɔpatione ad dānatos qui ex aq̄ tāta pñti sitim extinguere nō possunt. Ibi erit balneū aquaꝝ multarū quo corpus nō mūdabitur. Hoc balneū debeť his q̄ se balneāt in aquis tepidis ꝛ multa pctā cōmittūt. vtpote cū balneāt se viri cū mulieribus nō suis. que pctā cōmitti tā in videndo φ̄ tāgendo ꝛ loquēdo ibidē possunt. deus nouit. de quibus post hec in confessione nō loquūtur: imo cū talibus peccatis descendūt ad balneū inferni. Talia balnea non extinguūt ardorē ɔcupiscentie carnalis: imo accendūt. Et de hac pena aque frigidissime p̄mo dictū est. Sed circa has penas quidā dicūt φ null⁹ reuertiť de inferno. Sap. i. Nō est agnitus q̄ reuersus sit ab īferis. Sz si rediret aliquis qui vidisset infernū crederent ei. Istis aūt pōt rñderi multipliciter. Primo p interemptionē prime q̄ falsa est. q2 lazar⁹ fuit reuersus. ꝛ sic dić Augu. cū discubuit postea cū dño ī domo Marthe multa narrauit in mēsa de loq̄ penalib⁹. Preťea circa passionē dñi multa corpa sctōꝝ surrexerūt ꝛ apparuerūt multis. Preť istos inueniunť alij multi inde redisse ex dispēsatiōe diuina. vt Traian⁹ ꝛ alij de q̄b⁹ inueniť ī gestis sctōꝝ. Secūdo rñdēdū ē p negatiōnē secūde. q̄a si etiā aliq̄s inde veniret non crederēt ei. imo dicerēt vť φ nō inde venisset: vel φ nō diceret vera. vel φ sic ille qui inde exiuit penas ad q̄s puenerat euasit: si ꝛ ipi post φ̄ talibus penis deputati essent eas bñ euaderēt. Nō attēdētes ad illud qd̄ scribiť in li. de ortu saluatoris. ve inq̄t q̄b⁹ dati est citi⁹ experiri φ̄ credere. Hoc p3 Lu. xv de diuite epulōe q̄ dixit abrahe. Rogo te p vt mittas lazaꝝ in domo pris mei. Habeo em̄ q̄nq3 frēs vt testeť illis ne ꝛ ipi veniā in locū hūc tormētoꝝ. Et ait illi abraham Hñt Moysen ꝛ pphas. At ille dixit. Non pr̄ abraham. ß si q̄s ex mortuis ierit ad eos pniam agēt. Ait aūt illi. Si Moysen ꝛ prophetas nō audiūt neq3 si q̄s ex mortuis resurrexerit credēt. Iste est text⁹ euāgelicus Quis em̄ posset resurgere maioris auctoritatis moyse ꝛ pphetis p quoꝝ ora sp̄ussctūs loq̄bať cui magis esset credēdū. Tertio dicendū ē istis φ hoc ipm̄ φ nō ita passim aliq̄ reuertūť ad nos de inferno ē vt. s. ppter hoc illuc magis timeam⁹ ire. Sicut dr̄ ī fabula de vulpe q̄ noluit ire ad curiā3 leonis qn̄ vidit φ aliorū aīaliū q̄ venerāt vestigia eoꝝ retrorsum nulla appebāt. Exēplū de q̄dā fratre p̄dicatore q̄ cū p̄dicasset de inferno ꝛ diceret ei q̄dā dure credulitatis. Male dict⁹ q̄ credet vob̄ q̄ non fuistis ibi. Dixit ei frať. Pessime hoīm si aliq̄s veniret ad te de inferno nūq̄ cessares malefacē diceres em̄ apud te φ si ires in infernum ppť pctā tua posses inde exire sicut ꝛ ille exiuisset. Item aduertēdū φ nō solū fideles ß etiā infideles habuerūt fidē de inferno. Uñ narratur in quadā tragedia Senece q̄ nō habuit fidē nr̄am φ visum est cuidā φ videret Nerone balneātē se apud inferos ꝛ ministros aurū feruēs infundētes. ꝛ cū videret chorū aduocatoꝝ ad se veniētiū huc inquit venale gen⁹ hoi3. O aduocati amici mei accedite vt in hoc vase mecū balneamini. Adhuc em̄ supest locus in eo quē reseruaui vobis. Similiter multi poete mentionem faciūt de inferno in multis scripturis. Sunt igitur infideliores infidelibus qui dubitāt de inferno. imo nec sunt fideles cum in tot locis sacre scripture fiat de eo mentio: sicut dictum est: et dicetur magis infra. Se-

¶ est sitis similiter consigens

...cando damnat⁹ ex siti cruciabit᷑ ꝛ bibendi cupido nūꝗ cessabit. Quis pōt facere maiorem fidem hui⁹ rei ꝗ̄ xp̄i euangeliū. Luce.xvi. vbi dr̄. Mortuus est aūt diues ꝛ sepultus est in inferno. eleuās aūt oculos suos cum esset in tormentis vidit abraham a longe ꝛ lazaꝝ in sinu eius. ꝛ ip̄e clamās dixit. Pater abrahaꝫ miserere mei ꝛ mitte lazarum vt intingat extremum digiti sui in aquā vt refrigeret linguā meā. q2 crucior in hac flāma. Aquā petijt ꝑpter ardorē sitis ꝛ nōdū aque guttā obtinuit nec vnꝗ obtinebit. Notanduꝫ inquit de lira ꝙ lingua et digitus methaphorice dr̄ in aīalibus sepat̄ quales erāt aīe lazari ꝛ diuitis: sicut i deo qui spūs est. manus dr̄ virtus eius operatiua. ꝛ simılit᷑ hic in lazaro. per digitū intelligitur virtus eius auxiliatiua. ꝛ per linguam diuitis virtus mentis cōceptus expſſiua. Hec pena maxīe debet᷑ hijs qui per linguam peccant in potu. Sapie.xi. Per que quis peccat per hec ꝛ torquetur. Sicut ergo ille diues semper sitit q2 peccauerat in bibēdo. Sic potatores ꝛ potatrices qui in hoc multū peccant in inferno sitient si in talib⁹ peccatis moriant᷑. O ꝗ̄ta pena semper sitire sicut possunt imaginari illi qui quādoꝗ magnā sitim passi sunt. pro oībus diuicijs quas habuerūt in hoc mundo. ꝓ copia frumentoꝝ ꝛ vinoꝝ q̄ habuerūt in cellarijs suis nō habebūt bucellā panis nec vas aque ad bibendū. Quid igit᷑ faciendū. Certe facere debem⁹ sicut peregrini q̄ exeūtes de p̄ria sua faciunt bursarios quib⁹ sua tradunt vt ibi necessaria ꝓuideāt. Sic nos tanꝗ peregrini q̄ nō habem⁹ hic ciuitatē manētē sed futurā inq̄rim⁹. Heb. vlti. Faciam⁹ bursarios: cōmittam⁹ paupib⁹ ꝓ quibus xp̄s dicet in die iudicij illud Mat.xxv. Sitiui ꝛ dedistis mihi bibere. ꝛ ille cui⁹ intuitu dedimus ꝓuidebit nobis i alio mūdo de necessarijs sic ꝙ nō indigebim⁹ nec patiemur famē aut sitim. Ponunt eñ in bursa ꝓ futuro tp̄e q̄ elemosynā dant. Eccl̄ia.xviij. Elemosyna viri q̄si saccul⁹ cū eo. Paupes eñ elemosynas sibi datas in celis portāt vt ibi thesauꝝ inueniāt q̄ dederūt. Vñ dixit btūs Laurēti⁹ tyrāno. Facultates eccl̄ie q̄s req̄ris in celestes thesauros man⁹ paupū depoſuerūt. Tertio dānat̄ sapor erit amarissimus ꝛc̄. Jere.ix. Cibabo eos felle ꝛ potabo eos absinthio amari⁹ ad potādū. Erit etiaꝫ amarissima mirra ꝛ aloes sicut sciūt q̄ gustarunt. Non ꝑ hoc intelligit᷑ ꝙ ibi sit fel: s ꝙ i ore erit amaritudo ac si comederēt fel ꝛ biberēt absinthiū. imo maior q2 nō possumus ꝑ aliquas ꝑnt̄ seculi penas exp̄mere illas inferni s ꝗ̄tum possumus exprimimus ꝑ nota semp min⁹ dicēdo ꝛ magis vl maius intelligēdo. Uide igit᷑ si sit pena ip̄i ori hr̄e tantā amaritudineꝫ. Et ad hoc pōt referri illud Deut.xxxij. Fel drachonū vinū eoꝝ ꝛ venenū aspidū insanabile. i. semꝑ cruciās. Hec pena erit ꝑ salsis ꝛ sp̄ebus ꝛ alijs delicabilib⁹ q̄ hic comedim⁹: ꝛ in q̄b⁹ ip̄i dānati pl̄a pctā cōmiserunt. ¶ Quarta pena respectu oris erit malū siue dolor dentiū. Cū talis dolor sit maxim⁹ etiā in p̄nti sicut sciunt q̄ expti sunt. ita vt pl̄es q̄si fatui reddant᷑. Credere debem⁹ illū dolorē non deesse in ip̄is dānat̄ ꝛ multo maiorē ꝗ̄ hic passi sumus. q2 scriptū est Deut.xxxij. Congregabo sup eos mala ꝛ sagittas meas cōplebo in eis. ꝑpt᷑ hoc dicit euāgeliū. q2 ibi erit stridor dētiū. Math. viij. ꝛ nō soluꝫ ex maximo frigore de quo dictū ē pri⁹: s ex dolore intensissimo ip̄oꝝ dentiū. O de⁹ q̄s poterit oēs hmōi penas portare q̄ iā recitate sunt. s. xxxij. corporales. Hec pena correspondet maxime deuorātib⁹ q̄ dētib⁹ suis multa deuorāt q̄ erāt multū nc̄cia christi pauperib⁹.

N ona pena corporalis erit verecūdia ꝛ ꝯfusio. Hec aūt ꝯfusio erit i quattuor penis.

Nam ip̄si dannati
Tractabuntur vilissime.
Locabuntur turpissime.
In seruitute impia
Cum iniquorum copia.

Primo tractabunt᷑ vilissime. Tractabunt᷑ q̄dē vili⁹ ꝗ̄ aliq̄ res vilissima hui⁹ mundi. Job.x. Hec cōsiderās dicebat. Dimitte me vt plā. pau. do. me. añꝗ va. ꝛ nō re. a. t. t. ꝛ op. ꝛc̄. t̄ra mis. ꝛ te. vbi vm. m. ꝛ nl̄. or. s sē. h. inhi. Ibi igr̄ null⁹ ē ordo. Nō eñ deferet᷑ honor regi plusꝙ garcioni. Nec pape plus ꝙ minimo clerico. Nec regie plusꝗ paupcule vetule q̄n ita vilit᷑ imo vili⁹ tractet᷑ ꝛ puniat᷑. Hoc ē ꝙ dr̄. i. Regū. ij. Qui contēnūt me erūt ignobiles. Tales eñ q̄ in hoc mūdo fuerūt in statu digniori magis debuerūt deo seruire ꝛ ip̄m honorare rōe stat⁹ ī quo de⁹ ip̄os posuerat. Qd̄ si nō fecerint de ip̄is fiet iudiciū durissimuꝫ. Sic dr̄ Sap. vi. vt pri⁹ dictū ē i tertio mēbro t̄tie pene. Nō erit

igitur ordo qui nunc est secundum quem subditi obediunt superiori. Ibi non obediet magis regi garcio quam rex garcioni nec reuerebitur. nec filius honorem faciet patri. nec filia matri. O reges et principes et alij qui in hoc mundo tantum dilexistis reuerentias et honores: et spreuistis pauperes cogitate quomodo tractabimini in inferno. Sed quod dicitur Sap. xi. Omnia fecit deus in numero pondere et mensura. ergo ibi erit ordo. Dico quod ibi erit ordo vno modo et alio modo non. Ordo erit ibi in comparatione pene ad culpam. ordinabitur enim pena secundum exigentiam culpe. Ysa. iij. Agnitio vultus eorum respondebit eis: et peccatum suum quasi sodoma predicauerunt nec absconderunt. Ve anime eorum quoniam reddita sunt eis mala. ve impio in malum retributio enim anime eius fiet ei. Respondebit igitur pena culpe multipliciter. primo in numero. Non enim est cogitatio dictum vel factum pro quo ibi pena non soluatur. Job. xx. Hoc scio a principio ex quo positus est homo super terram quod laus impiorum breuis sit et gaudium ypocrite ad instar puncti. Et sequitur. Luet que fecit omnia. nec tamen consumetur iuxta multitudinem adinuentionum suarum sic et sustinebit. Et sequitur. Deuorabit eum ignis qui non succenditur. Hec est pars hominis impij a deo. Et Ro. i. Reuelabitur enim ira dei de celo super omnem impietatem et iniusticiam hominum. Notanter dicit super omnem impietatem vt numerum innuat flagellorum. Sicut enim nullum bonum irremuneratum: ita nullum malum impunitum. Eccle. xij. Cuncta que fiunt adducet deus in iudicium siue bonum sit siue malum. Item in modo. quia in illa parte corporis plus punietur in qua plus peccauit. Luc. xvi. Diues magis cruciabatur in lingua ideo magis remedium querebat de lingua. quia in illa plus peccauerat propter illicita verba et cibos. Item in qualitate. quia qui in luxuria peccauit vbi est ardor in corde et fetor in corpore plus ardenti pena et fetenti punietur. Ita qui plus peccauit in superbia et honore plus habebit de confusione. quia qui se exaltat humiliabitur. vt dicitur Luc. xviij. Item in quantitate. quia qui plus peccauit plus punietur. Sap. vi. Potentes potenter tormenta patientur. Et Apoc. xviij. Quantum glorificauit se et in delicijs fuit: tantum date illi tormentum et luctum. Sicut enim idem ignis non equaliter agit in lignum viride et siccum: sic ignis gehenne licet sit idem ignis vt dicitur in sententijs. non tamen omnes equaliter vret. sed secundum delicti exigentiam. Luc. vi. Eadem quippe mensura qua mensi fueritis remetietur vobis. Sic ergo ordo est pene respectu culpe. In hoc autem non est sicut dictum est. vel non dicitur ibi ordo. quia elementa ibi ordinem naturalem non seruabunt. Ignis enim cuius ordo naturalis est ardere et illuminare ibi ardebit sed non illuminabit. In ps. Vox domini intercidentis flammam. Ubi exponens ciprianus dicit. Dominus flammam ignis intercidet quia ardorem in inferno et lumen in celo ponet. non tamen penitus ignis non lucebit. lucebit enim vt inde doleant non vt gaudeant. Item non erit ordo vt ignis separetur ab aqua: sed erunt simul mixta cum alijs multis vt fumo fetore etc. Ideo sequitur sed ibi sempiternus horror inhabitans. Unde Sap. iiij. vbi fit sermo de nuptijs dicitur. Erunt post hec decidentes sine honore et in contumelia inter mortuos in perpetuum. Tractabuntur igitur a demonibus eorum tortoribus vilissime. Nulli nec pape nec regi honorem dabunt: sed qui plus peccauerunt plus et confusibilius tractabuntur et punientur. Secundo locabuntur turpissime et ad idem facit auctoritas predicta quia infernus est terra tenebrosa terra miserie et locus in corde terre omnibus miserijs repletus vt dictum est prius. et in isto loco post iudicium generale locabuntur omnes demones et omnes damnati perpetuo absque exitu et spe cuiuscumque consolationis. Math. xxv. Ite maledicti in ignem eternum. Ubi erunt camere huius mundi ornate tapetis et picturis. domus cum tantis expensis edite. castra: palacia: et alia sumptuosa edificia. Certe hec omnia erunt destructa. Ubi sedebunt reges et principes. Ubi lecti molles et alia sumptuosa que tantum in hoc mundo diliguntur: vt pro acquisitione talium multa committant peccata talia emendo et vendendo cum mendacijs periurijs et alijs fraudibus infinitis que ducunt homines ad infernum. Quanta fatuitas pro re transitoria et quasi momentanea tot et tantas penas perpetuas sustinere velle. Tertio erunt in seruitute impia. Homo enim factus est vt sit dominus omnium mundanorum. In ps. Omnia subiecisti sub pedibus eius oues et boues vniuersas. insuper et pecora campi. Volucres celi et pisces maris etc. Ita tamen vt obediat ei qui fecit eum. scilicet deo suo et creatori omnium. sed quia noluit deo obedire: iustum est vt creature propter ipsum facte sint sibi ad supplicium eternum. sicut satis dictum est prius. et velit nolit hec tormenta patietur et his subicietur. Etiam damnati patientur a demonibus sicut ab eorum tortoribus: sicut dictum est prius. O quam

grauis pena hijs qui in hoc mundo iubere
siue p̄cipere ꝯsueuerūt quoꝝ imperiū ⁊ dn̄a⸗
tio versa erit in seruitutē: ⁊ nō īmerito cum
in hoc mūdo noluerūt obedire suo creatori
suo redēptori in decē p̄ceptis. Uidemꝰ em̄
quō reges ⁊ principes ⁊ ceteri dn̄i imo pr̄⸗
familias ⁊ materfamilias s̄uos suos imo
etiā filios puniūt ⁊ subijciūt seruituti aliq̄n
mortē inferēdo s̄m diuersas trāgressiones
suoꝝ p̄ceptoꝝ vel alit̄ puniendo scȝ incarce
rando: v̄beribꝰ castigando ⁊c̄. Sed hec eo⸗
rū pena ⁊ s̄uitus tp̄alis est et trāsitoria: sed
vere seruitus inferni erit ꝑpetua. de qua dr̄
Jere. xvij. Seruire te faciā inimicis tuis ī
terra quā ignoras .i. in inferno qui est ī me
dio terre vt dictū est prius. Et rō huiꝰ serui
tutis reddit̄. ca. xvi. eiusdē ꝓphete. Qr dere
liquerūt me p̄res v̄ri: ait dn̄s ⁊c̄. ⁊ legē me
am non custodierūt sed ⁊ vos peius opati
estis q̄ p̄res v̄ri. Ecce em̄ ambulabat vnus
quisq; post prauitatē cordis sui mali vt me
nō audiat ⁊ eijciā scȝ ꝑ mortē de terra hac ī
terrā quā ignoratis scilȝ inferni ⁊ seruietis
ibi dijs alienis .i. demonibꝰ quibꝰ obediui
stis tanq̄ deo seruietis scilȝ die ac nocte .i.
semꝑ qui nō dabūt vobis requieȝ. Quarto
erunt damnati cū iniquoꝝ copia. Hec co⸗
pia ⁊ societas dānatis erit maxima pena.
Nō em̄ habet veritatē illud ꝓuerbiuȝ. So
lacium miseris est socios hr̄e in penis. imo
q̄to plures erūt dānati tanto ignis ille ma
gis ardebit. sicut videmꝰ q̄ q̄to sunt plura
ligna in igne tanto ardor ignis est maior.
o quot erūt dānati. Consideremus a princi
pio mūdi quot fuerunt hoīes. Quis posset
cogitare sufficienter. Credo q̄ solus deꝰ et
quibꝰ reuelatū est sciūt hoꝝ numerū. Erūt
ūt vt cōiter dr̄. ⁊ ita xp̄s videt̄ sentire di⸗
cendo Math. xx. Multi sunt vocati pauci
vero electi: plures dānati q̄ȝ saluati. Etiaȝ
etor erit maior ⁊ ita de multis penis. sicut
de clamore: pauore. de quibꝰ dictū est. Erit
etiā maxima pena videre tot demones a q̄⸗
bus nūq̄ȝ separabunt̄. Cogitet igit̄ qui po⸗
terit hanc penā. si pena est dānato ad mor
tē esse in carcere cum frigore fetore ⁊ alijs
miserijs que aliq̄n sunt in carceribꝰ vel cuȝ
corpibꝰ mortuis ⁊ fetidis que aliq̄n sūt cum
alijs viuis incarceratis. maior est pena dā⸗
natis esse cuȝ tam turpissima fetidissima ⁊
horrenda societate tot dānatoꝝ. hec medi⸗
tari diligenter facit bene pugnare ꝯtra dia
bolū ⁊ cauere pctā ne ad hanc societatē p⸗

ueniamus. Cum em̄ quis cōsideret q̄ si fue
rit victus a demone per peccatuȝ mortale
ad illa tormēta ducet̄: Certe dȝ virilius pu
gnare ne vincatur. Exemplum egisippus
de cladibus iudeorum narrat q̄ cuȝ quidā
de socijs alexandri qui preerat magno exer
citui videret cōtra se exercitū īnumerabilē
preparatū ⁊ sui sumerent cibum ad confor
tationem virium. ipse in quodaȝ solacio di
xit eis. Prandeamꝰ nunc. quia hodie cena⸗
turi sumꝰ apud inferos. Quo verbo ita ani
mati sunt ad fugiendum cenam illā q̄ nul
lus preter vnum fugit de prelio. ⁊ sic virili
ter pugnauerunt q̄ victoriam habuerunt.
Sic charissimi taliter resistamꝰ vicijs ⁊ pu
gnemus cū mundo carne ⁊ demone: vt vi⸗
ctores existamus ⁊ illā societatē horribileȝ
euitemus. Hec societas debetur illis qui ī
societatibꝰ huius mundi multa pctā cōmi⸗
serunt. sicut fit in tabernis ⁊ ludis ⁊ chore⸗
is ⁊ multis alijs copulis vel societatibꝰ fa
tuoꝝ que societates sunt vitande. Quia cū
dicit ps. cū peruerso ꝑuerteris. Un̄ ad hoc
est sanctus basilius quasi in fine sue regule
dicens. Euita viros quos erga mādata dei
videris negligentes qui mortui sunt virtu
tibus qui letant̄ in ꝓprijs voluntatibꝰ vt
gaudijs careāt diuinis. Cū hmōi viris nul
la sit tibi cōmixtio neq; velis cum eis s̄mo
cinari assidue nisi in quo eos possis ab erro
re reuocare. Ceterū si non vales deuita vt
publicū hostem. Sepe em̄ per vnā ouē mor
bidam polluitur totus grex ⁊ modica pars
fellis magnū dulcorē vertit in amaritudi⸗
nem. ⁊ fermētū modicū totam massam cor
rumpit. hec ille. Euita ergo societates pec
catoꝝ vt possis euitare societates damna⸗
torum. nam in talibus societatibꝰ iniquoꝝ
viroꝝ nō est memoria de deo. ⁊ si est: est in
malo: periurando: blasphemando: ⁊ inho⸗
neste loquendo vel de absentibus murmu
rando ⁊ illis detrahendo. de talibus dicit
propheta. Conuertant̄ ⁊c̄. qui obliuiscūtur
deum. quia scȝ non seruant mādata dei sui

Decima pena corpo⸗
ralis ipsoꝝ dānatoꝝ erit in tactu
maxia afflictio. ꝑ q̄ pena intelligenda. est
sciēdū q̄ corpa illa erūt valde passiua sȝ tn̄
īcorruptibilia. Et ꝑ h̄ mag̃ itelligēdo. Co⸗
gita aliquē valde infirmū ⁊ debilē ī suis mē
bris vel patiētē guttam vel talem infirmi⸗
tatem. Sūt enim alique infirmitates que

ita reddunt passibile corpus sicut τ ego expertus sum φ non sufferre possunt tactum alicuius ponderis. Talia igiẜ erūt illa corpora τ ita passibilia φ ī tactu patienẜ grauissimā penā. τ hoc ex quattuor.

Primo ex tactu suoꝝ membroꝝ valde ponderantium.

Secūdo ex tactu suoꝝ locoꝝ ipōs ꝯtinētiū

Tertio ex tactu corpoꝝ alioꝝ dānatoꝝ.

Quarto ex tactu demonūcū hijs ꝯdēnatoꝝ

